



## **Clypeus Theologiæ Thomisticæ**

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Voluminibus Comprehensus

Tractatus de erroribus Pelagianorum, de gratia, de iustificatione & merito,  
de virtutibus theologicis & quatuor cardinalibus, ac de ineffabili mysterio  
incarnationis

**Gonet, Jean-Baptiste**

**Coloniae Agrippinae, 1671**

Art. I. Origo Semipelagianæ hæresis describitur

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77177)



fam & debilitatum per peccatum Adami, nec ratione concupiscentiæ, magis propendere ad bonum delectabile contrarium rationi, quam ad bonum honestum & rationi consonum, ut refert D. Prosper in Epistola ad Augustinum, præfixa libro de prædest. Sanctorum, ubi eos dicit affirmasse. *Quantum quisque ad malum, tantumdem habere facultatem ad bonum, parique momento animum se vel ad vitia vel ad virtutes movere.*

Quartus denique erat, quod libertatem arbitrii generaliter definirent per indifferentiam ad bonum & ad malum; ita ut neminem libertatem esse dicerent, nisi qui posset indifferententer bene vel male operari; ut liquet ex Aug. lib. 1. operis imperfecti contra Julianum, pag. 150. ubi eum alioque Pelagianos reprehendit, quod libertatem generaliter lumpiam restringerent ad potestatem indifferentem circa bonum & malum, seu quæ posset bene & male velle: quia ex hoc sequeretur, quod nec Deus, nec Angeli, aut homines beati, qui non possunt peccare seu male appetere, non essent liberi. *Si liberum non est (inquit) nisi quod duo potest velle [id est bonum & malum] liber ergo Deus non est, qui malum non potest velle, de quo ipse dixisti, Deus esse nisi iustus non potest. Sicine Deum laudas, ut ei auferas libertatem? Unde merito sic concludit Anselmus in Dialogo de libero arbitrio cap. 1. Quoniam liberum arbitrium divinum, & bonorum Angelorum, peccare non potest, non pertinet ad definitionem liberi arbitrii posse peccare. Item D. Thomas in 2. dist. 25. quæst. 1. art. 1. ad 2. sic dilucitur: Ad rationem liberi arbitrii non pertinet ut indeterminatè se habeat ad bonum vel ad malum: quia liberum arbitrium per se in bonum ordinatum est: cum bonum sit objectum voluntatis, nec in malum tendat, nisi propter aliquem defectum, quem apprehendit ut bonum, cum non sit voluntas aut electio nisi boni, aut appetitus boni: & ideo ubi perfectissimum est liberum arbitrium, ibi in malum tendere non potest. Sed hic ad libertatem arbitrii pertinet, ut actionem aliquam facere vel non facere possit: & hoc Deo convenit; bona enim quæ facit potest non facere, nec tamen malum facere potest. Quibus verbis S. Doctor hoc inter indifferentiam contradictionis ad agendum & non agendum, & indifferentiam contrarietatis ad bonum & malum statuit discrimen, quod prima pertinet ad rationem libertatis, non verò secunda. De quo plura diximus in Tractatu de actibus humanis.*

## DISPUTATIO II.

## De Hæresi Semipelagiana.

Capra est vulpes illa astutissima, Pelagianorum videlicet nefanda pravitas, quæ Christi vineam demoliebatur: sed alia post se vulpeculas reliquit malitiæ suæ æmulas: teterrima hæc hydra nova capita extulit, dum Semipelagianorum insautam sobolem Pelagii hæresis parturit. Unde explicatis Pelagianorum erroribus in materia de gratia & libertate, consequens est, ut dogmata Semipelagianæ hæresis declaremus, quæ Pelagiani erroris particula dici potest, sicut Pelagii hæresis, *Origenu ramiulus*, à D. Hieronymo appellata est.

## ARTICULUS PRIMUS.

## Origo Semipelagianæ hæresis describitur.

Occasione scriptorum D. Augustini contra Pelagianos, tres errores circa gratiam & prædestinationem orti sunt; duo in Africa, & unus in Gallia; ut non observare significat propter in Epistola ad Augustinum, præfixa libro de prædestinatione Sanctorum; ubi dicit, nonnullos in Africa jam antea turbatos fuisse, quæ ille scripserat de prædestinatione; sicut jam multi ceperunt isdem moveri in Gallia.

Primus error fuit Monachorum Adrumetinarum, qui ut refert D. Augustinus lib. 2. retract. cap. penultimo, lectione ejus Epistolæ 103. ad Sixtum, duas in partes divisi sunt; quarum una, duce Floro, credebat gratiam Dei à Divo Augustino ita prædicari, ut tolleretur libertatem arbitrii, & correptionis necessitatem; altera verò pro liberi arbitrii defensione pugnavat, quam diffensionem S. ille Doctor ut tolleretur scripsit duas Epistolas ad Valentinum Adrumetinum monasterii præfectum, ejusdemque Monachos, quæ sunt inter Augustinianas 46. & 47. totidemque libris, unum de gratia & libero arbitrio, alterum de correptione & gratia; quibus discretè ostendit, per efficaciam divinæ gratiæ non tolli libertatem arbitrii, neque necessitatem aut utilitatem correptionis: quia ista Deus utitur tanquam medio extrinsecus adhibito, & moraliter exstante, dum intus bonam voluntatem in corde hominis operatur, & facit ipsam de nolente volentem, & de repugnantem consentientem. Ita, ut dixi, refert Augustinus lib. 2. retract. cap. 46. ubi sic ait: Propter eos qui cum defenditur Dei gratia, putant auferri liberum arbitrium, scripsi librum de gratia & libero arbitrio. Ad eos autem scripsi Monachos Adrumetinos, in quorum monasterio de hac re ceperat esse contentio, ita ut me consulere eorum aliqui cogerentur. Rursus ad eosdem scripsi alterum librum, quem de correptione & gratia prænotavi, cum mihi nunciatum esset, dixisse ibi quendam, neminem corrigendum, si Dei præcepta non facit, sed pro illo ut faciat tantummodo orandum. Hoc ergo inter Pelagium & Adrumetinos Monachos discriminis fuit, quod Pelagius necessitatem & efficaciam gratiæ excludebat, ut servaret libertatem arbitrii; illi verò negabant libertatem arbitrii ut gratiam efficacem & prædestinationem gratuitam, quam Augustinus docebat, tuerentur.

Secundus error, occasione scriptorum S. Augustini ortus, est prædestinationis, qui ut refert Sigebertus in Chronico, anno 415, videntes Augustinum affirmare gratiam Dei non modo necessariam esse ad piè vivendum, sed etiam gratis dari & absque ullo merito præcedente, secundum Dei consilium, & propositum suæ voluntatis, per illamque nos discerni; ac denique sic de illa loqui, ut videretur totum salutis nostræ negotium in divinam electionem & prædestinationem rejicere; existimant liberum arbitrium per gratiam tolli, hominesque per illam solam sine voluntaria obedientia salvari, & pariter peccatores vi solius divinæ reprobationis damnari; neque mala opera obesse illis qui prædestinati sunt, neque bona prodesse reprobis. Quæ hære-



si damnata fuit in Concilio Arelatenſi triginta A  
Episcoporum, anno, ut vult Baronius 490. &  
ad illam respexisse videtur Araucana Synodus  
ſecunda, can. 25. dum dicitur. Hoc ſecundum ſi-  
dem Catholicam credimus, quod accepta per baptiſmum  
gratia, omnes baptizati (Chriſto auxiliante & coope-  
rante) qua ad ſalutem pertinent, poſſent & debeant (ſi  
fideliter laborare voluerint) adimplere. Aliquos vero  
ad malum divina predeſtinatio eſſe, non ſolum  
non credimus, ſed etiam, ſi ſunt, qui tantum malum  
credere velint, cum omni deteſtatione, illis anathema  
dicimus.

3 Scio quidem Janſenium lib. 8. de hæreſi Pe-  
lag. cap. ultimo, enixe contendere, nullam un-  
quam fuiſſe Prædeſtinationum hæreſim, eam-  
que quam Sigebertus, & alii eum ſecuti, hoc no-  
mine indigitant, nihil aliud eſſe quam veram  
Auguſtini, Proſperi, Hilarii, & aliorum gratiæ  
deſenſorum de Prædeſtinatione gratuita do-  
ctrinam, quam Semipelagiani hæreſis nota in-  
famarunt: quod & prius docuerat Jacobus Uſ-  
ſerius, inſignis Calviniſta Hibernus, qui anno  
1621 librum edidit Dublini, hoc titulo inſcri-  
ptum: *Gotteſchick & prædeſtinationa controverſie ab  
eomota hiſtoria*. Verum, præterquam quod in præ-  
dicto Arelatenſi Concilio, Epistoſta Fauſti ad Lu-  
cidum, qua exprimitur & anathematizantur  
Prædeſtinationum errores, approbata fuiſſe  
dicitur, & Episcoporum ſubſcriptione munita,  
ut reſert Baronius anno Chriſti 490. ejuſdem  
inſuper hæreſis prædeſtinationis meminere  
Hincmarus in Epistoſta ad Nicolaum Papam, &  
Proſper Tiro in Chronico Pithæano, id eſt  
Pithæica editio ex codice Bibliothecæ ſancti  
Victoris Pariſienſis; & Gennadius Maſſilienſis  
in appendice ad librum S. Auguſtini de hæreſi-  
bus, ubi ad octoginta novem ab ipſo Auguſtino  
enumeratas, quatuor poſtea exortas addidit,  
Prædeſtinationem, Neſtorianam, Eutychiānam,  
& Timotheānam, ut teſtatur Hincmarus lib. de  
prædeſt. cap. 1. habereturque etiam hic appen-  
dix in codice Bibliothecæ S. Victoris Pariſien-  
ſis.

4 Tertius error præcedentibus extremè oppo-  
ſitus, cepit in Gallia apud Maſſiliam, in ipſa ſerè  
ultima D. Auguſtini ætate, occasione libri de  
correctione & gratia, quem ſanctus Doctor  
conſcripſerat, ut Monachos Adumetinos in-  
ſtrueret. Cum enim quidam Maſſilienſes Præ-  
byteri, & Galliæ Episcopos, in eo libro legiſſent  
quæ de ppoſito divini voluntatis & præde-  
ſtinationis (quo ſalvandi à peccatis diſcernun-  
tur) & de efficaciæ divini gratiæ (qua in doli-  
nâ biliter & inſuperabiliter agitur voluntas noſtra)  
Auguſtinus docet, maxime turbati & ſcandaliza-  
ti ſunt; & unde Africani plenius inſtructi, ſuum  
depoſuere errorem, exinde Galli novæ lucis af-  
pectu excecaverunt, & in errorem adducti, ut  
teſtatur Proſper in Epistoſta ad Auguſtinum in  
principio, ubi ſic ait: *Multa ſermonem Chriſti, qui in  
Maſſiliæ urbe conſiſtunt, in ſanctitatis tue ſcriptis,  
qua ad verſus Pelagianos hæreticos condiſti contrarium  
putant Patrum opinionem, & Eccleſiaſtico ſenſui, quid-  
quid in illis vocatione electorum ſecundum Dei propo-  
ſitum diſputaſti. Et cum aliquandiu tarditatem ſuam  
culpam malueris, quam non intellecta reprehendere,  
quidamque eorum lucidiorum ſuper hoc atque apertio-  
rem Beatiſſimæ tue expoſitionem voluerint poſtu-  
lare; evenit ex diſpoſitione miſericordiæ Dei, ut cum  
quoſdam intra Africam ſenilia moviſſent, librum de  
correctione & gratia, plenum divini auctoritatis emis-*

ſeres. Quo in notitiam noſtram, inſperata opportu-  
nitate delato, putavimus omnes querelas reſolventes  
ſolpendas: quia univerſis queſtionibus, de quibus con-  
ſulenda erat ſanctitas tua, tam plene hic abſoluteque  
reſponſum eſt, quaſi hoc ſpecialiter ſtudueris, ut qua  
apud neſerant turbata componeres. Reſcripto autem hoc  
Beatiſſimæ tue libro, ſicut qui ſanctam atque Apoſto-  
licam doctrinam tue auctoritatem antea ſequabantur, in-  
teligentiores inſtructioresque ſunt facti; ita qui perſua-  
ſionem ſuam impediebantur obſcuro, averſiores quam ſu-  
rant reſceſſerunt.

Qui igitur in Gallia clariùs explicatam S. Au-  
guſtini doctrinam libro de correctione & gra-  
tia, adhuc duriorē habebant, novum explican-  
di myſteria gratiæ & prædeſtinationis modum  
inveniunt, quo inter Pelagium & S. Auguſti-  
num mediū, neque in damnatum ab Eccleſia  
errorem cum Pelagio declinare, neque ſatum  
cum S. Auguſtino, fatalemque neceſſitatem  
proferre videantur. Nam ut à Pelagio ſe quā  
longiſſimè diſtantes exhibeant, conſentitur  
humanam naturam, Ad peccato corruptam,  
ſola Chriſti gratia poſſe reparari. Item conſen-  
tiunt non ſolum gratiam Chriſti neceſſariam  
eſſe, quæ per baptiſmum præterita peccata di-  
mittit, ſed etiam quæ hominis voluntas præve-  
niatur, & ad quodcumque opus bonum vel in-  
cipiendum vel perficiendum adjuvetur. Unde  
S. Auguſtinus libro de prædeſtinatione Sancto-  
rum ad Proſperum & Hilarium cap. 1. dicit:  
Pervenirent iſti fratres noſtri, pro quibus ſollicita eſt  
piæ caritatis veſtra, ut credant cum Eccleſia Chriſti,  
peccato primi hominis obnoxium naſci genus humanum,  
nec ab iſto malo niſi per juſtitiam ſecundi hominis ali-  
quem liberari. Pervenirent etiam ut praveriri volunta-  
tes hominum Dei gratia ſacerentur, atque ut ad nul-  
lum opus bonum vel incipiendum vel perficiendum ſibi  
quemquam ſufficere poſſe conſentiant. Retinere ergo iſta  
in qua pervenerunt, plerumque eos à Pelagianorum er-  
rore diſcernunt. Sententiam vero D. Auguſtini de  
gratia & prædeſtinatione ſic temperari volunt,  
ut Deus univerſali vocatione omnes pariter ad  
ſingm & baptiſmum invitet, ſed vis & efficaciā  
huiusmodi vocationis ex humana pendeat vo-  
luntate; ut quicumque credere voluerit, & ba-  
ptizari, eo merito quo voluerit, & ipſius fidei  
augmentum, & perfectæ ſanctitatis confequa-  
tur effectum. Unde volunt gratiam non eſſe  
neceſſariam ad initium ſalutis, id eſt ad volunta-  
tem credendi, ipſamque fidem initialem; neque  
ad petendum, quærendum, pulſandum, &c. ſed  
vires naturales liberi arbitrii ad hoc ſufficere;  
atque ex talibus initiis pendere cardinem dif-  
ferentiæ eorum, qui vocantur, aut non vocan-  
tur efficaciē ad fidem & ſalutem, quippe ab æ-  
terno fuerunt à Deo electi & prædeſtinati, vel è  
contrario reprobat: nimirum quia Deus effica-  
citer vocat eos qui præviis huiusmodi initiis,  
tanquam meritis humanis, vocari meruerunt;  
& quos præſcivit hæc initia habituros, ſuæque  
gratia bene uſutos, prædeſtinavit, reſectis aliis  
omnibus, in quibus ejuſmodi initia naturalia, &  
bonum uſum gratiæ, liberiſque arbitrii coope-  
rationem, non prævidit. Hæc (inquit Proſper  
Epistoſta ad Auguſtinum) ipſorum deſinitio ac præ-  
ſcriptio eſt: omnem quidem hominem Adam peccante pec-  
caſſe, & neminem per opera ſua, ſed per Dei gratiam  
regeneratione ſalvari; univerſis tamen hominibus pro-  
pitationem qua eſt in ſacramento ſanguinis Chriſti,  
ſine exceptione eſſe propoſitam, ut quicumque ad  
fidem & ad baptiſmum accedere voluerint, ſalvi  
eſſe



esse possunt: qui autem credituri sunt, quive in ea fide, qua deinceps per Dei gratiam sit iuvanda, mansuri sunt, praefuisse ante mundi constitutionem, & eos sunt, praefuisse in regnum suum, quos gratis vocatos, di-  
 praedestinasse in regnum suum, quos gratis vocatos, di-  
 gnos futura electione, & de hac vita bono fine excessu-  
 ros esse praevidit: ideoque omnem hominem ad creden-  
 dum & operandum divinis institutionibus admoneri, ut  
 de apprehendendo vita aeterna nemo desisteret, cum vo-  
 luntaria devotioni sit parata. Similiter Hilarius E-  
 pistola ad Augustinum: Consentient omnem homi-  
 nem in Adam perisse, nec inde quemquam posse proprio  
 arbitrio liberari: sed id conveniens asserunt veritati, ut  
 cum prostratus & nunquam suis viribus surrecturus an-  
 tiquitatis obtinenda salutis occasio, eo merito quo volu-  
 erint & crediderint ad suum morbo se posse sanari, & ipsius  
 fidei augmentum, & totius sanctitatis sua consequantur  
 effectum.

Itaque Massilienses in multis à doctrina Pe-  
 lagii abhorrentes, in aliquibus tamen ei adhae-  
 sere, praesertim in eo quod dicebat primam gra-  
 tiam & vocationem ex merito bonae voluntatis  
 dari: & propter hoc, SemiPelagianum, seu reliqua  
 Pelagianorum, dicti sunt: licet S. Thomas com-  
 muni nomine eos Pelagianos appellet, ut patet  
 2.2. quæst. 6. art. 1. & 1. parte quæst. 23. art. 5. ubi  
 ait: Pelagianos posuisse initium bene faciendi ex no-  
 bis, consummationem autem ex Deo. Et 3. contra  
 Gentes cap. 149. dicit Pelagianorum errorem fuisse  
 auxilium meritis gratia esse ex nostro merito, ac pro-  
 mittere initium justificationis esse ex nobis, consummationem  
 autem ex Deo. Idem quodlibet 1. art. 7. inquit: ad  
 errorem Pelagianorum pertinet dicere, quod homo possit  
 se ad gratiam preparare absque auxilio divinae gratiae.

## ARTICULUS II.

Præcipua SemiPelagianorum dogmata  
reversentur.

PRæcipua SemiPelagianorum dogmata, quæ  
 in Epistolis Prosperi & Hilarii ad Augusti-  
 num sæpe citatis describuntur, ad quatuor præ-  
 cipua capita reduci possunt: primum respicit  
 prædestinationem, secundum tangit vires liberi  
 arbitrii, tertium spectat ad initium fidei, quar-  
 tum ad donum perseverantiae: ex quibus qua-  
 tuor capitibus varia corollaria, tanquam errores  
 ex erroribus, deducebantur, ut verificaretur quod  
 de corpore Behemot, seu diaboli, legitur Job.  
 41. Corpus ejus quasi scuta fusilia, compactum squa-  
 mis se prementibus; una uni conjungitur, & ne spiracu-  
 lum quidem incedit per eas.

## S. I.

Quid de prædestinatione SemiPelagiani  
docuerint?

NOmen prædestinationis dupliciter usurpa-  
 ri potest; primò largè pro quocumque de-  
 creto seu constitutione efficaci Dei circa actus  
 nostros; secundò stricte pro transmissione effi-  
 caci hominum ad gloriam: qui est frequentior  
 usus illius nominis apud Theologos. De præde-  
 stinatione primo modo sumpta dicebant Semi-  
 pelagiani, ipsam non prævenire voluntates no-  
 stras: quia alias humana libertas tolleretur, &  
 fatalis quædam necessitas induceretur. Constat  
 hoc dictum, primo ex verbis Prosperi referentis

A eorum errores in Epistola citata ad Augusti-  
 num, ubi sic ait: Removeri dicunt omnem indulgentiam,  
 tollique virtutes, si Dei constitutio humanas præveniat  
 voluntates; & sub hoc nomine prædestinationem, fata-  
 lem quandam necessitatem induci. Unde in Episto-  
 la ad Rufinum, sic loquitur de Massiliensibus:  
 Scripta Augustini, quibus error Pelagianorum impugna-  
 tur, informant, dicentes cum liberum arbitrium penitus  
 dimovere. Secundò id patet ex Fausto, SemiPe-  
 lagianorum Antesignano: nam ille lib. 1. de libero  
 arbitrio cap. 4. doctrinam Augustini (suppres-  
 so tamen ejus nomine) impugnans, sic ait: Sub  
 pietatis fronte gentilitas tu malum, & inter gratia vo-  
 cabulum, absconditum erit FATALE DECRETUM.  
 Et cap. 12. Recedat (inquit) hinc originalis definitio,  
 VEL FATALIS.

De prædestinatione verò secundo modo ac-  
 cepta in primis asseriebant, eam non esse purè  
 gratuitam, sed dependentem à præscientia meri-  
 torum; neque certam ex se & ab intrinseco, sed  
 ex præscientia qua Deus prævidet quid unus-  
 quisque facturus est, quive bono vel malo fine  
 ex hac vita discessuri sint. Hoc etiam patet, tum  
 ex verbis Prosperi in initio Epistolæ ad Augusti-  
 num, ubi de Massiliensibus ait: Qui autem credi-  
 turi sunt, quive in ea fide, qua deinceps per Dei gratiam  
 sint iuvandi, mansuri sunt, præfuisse dicunt ante mun-  
 di constitutionem Deum & eos prædestinasse in regnum  
 suum, quos gratis vocatos, dignos futura electione, &  
 de hac vita bono fine excessuros praevidit. Tum etiam  
 ex Fausto lib. 2. de gratia & humanæ mentis ar-  
 bitrio, ubi hæc scribit: Aliud est præscire, aliud præ-  
 destinare: præscientia gerenda prænoscitur, postmodum præ-  
 destinatio rescribenda describitur; præscientia de alieno sub-  
 sistit, prædestinatio de judicio suo; à præscientia  
 quæ sunt nostra produntur, à prædestinatione quæ sunt  
 preparantur; ac per hoc nisi præscientia exploraverit,  
 prædestinatio nihil decernit. Unde Prosper in sua E-  
 pistola inter alia consultat Augustinum: An per  
 præscientiam possit stare propositum, an verò præscien-  
 tia quodam ordine sit submixta proposito? Id est an ef-  
 ficacia & infallibilitas divini decreti hominibus  
 gloriam preparantis, fundetur in præscientia  
 operum futurorum, vel potius hæc scientia  
 certitudo & infallibilitas, ex firmitate & effica-  
 cia divinorum decretorum derivetur?

Nec solum futurorum absolutorum præsci-  
 entia utebantur ad mysterium prædestinationis  
 explicandum, sed etiam scientia conditionato-  
 rum: cum enim contra id quod asseriebant,  
 Deum non dare dona sua gratia, nisi supponen-  
 do ex parte hominis initium aliquod bonæ vo-  
 luntatis, premerentur à Catholicis exemplo par-  
 volorum, qui cum sint peccato originali ad tri-  
 sti, nec illis possit esse ullum initium bonæ  
 voluntatis, quidam tamen baptismum reci-  
 piunt, alii verò sine illo decedunt; responde-  
 bant (ut refert idem Prosper) Tales perdis, talesque  
 salvantur, quales futuros illos in annis majoribus, si ad  
 adultam pervenissent ætatem, scientia divina præviderit.  
 Similiter cum urgebantur exemplo adultorum,  
 & quærebatur ab ipsis, cur istis & non illis E-  
 vangelium prædicetur? Id non in divinæ bene-  
 placitum voluntatis rejiciebant, sed in fidem,  
 & in opera eorum conditionatè à Deo præsci-  
 ta; ita ut Deus procuret istis Evangelium præ-  
 dicari, quia eos præscit credituros; si audiant; aliis  
 vero non, quia præscit eos non credituros. Vel ut  
 loquitur D. Prosper: Dicebant dispensasse Deum  
 tempora & ministeria prædicationis, juxta quod præ-  
 videbat aliquos credituros, & exortum esse bonarum  
 credulæ.